

maiorum ex purgatorio, septem videt Missas fieri & finiri, antequam ipse unam absoluere, di-  
eentibus sacrificis, passa, passa, id est, propera-  
perge, & remitte matri filium, nec dum detine. Au-  
dit quoq; alios referentes verba sacrificorum non-  
nullorum, quomodo panem & calicem consecrare  
soleant, videlicet, Panis es, & panis manebis,  
vinum es, & vinum manebis.

Reuersus Uuitebergam, Doctor Theologie  
anno 1512. etatis sua vicesimo nono, factus est;  
codem die, quo ante annos decem Academia in  
oppidum Uuitebergam introducta fuerat, qui  
dies Lucae dedicatus est. Vix autem etiam de  
Electoris ipsius & Ordinis Augustiniani, & Aca-  
demiae consensu, petitione & voluntate, persua-  
deri Lutherò potuit, ut gradum hunc sibi decerni  
pateretur. Cumq; Staupicius ipsi significasset vo-  
luntatem omnium, respondit Lutherus, se impa-  
rem esse & honori & oneri, & cum valetudine  
aduersa quotidie conflictari, monere igitur se, ut  
alius magis idoneus vocetur. Hanc excusatio-  
nem Staupicius blando risu excipit, inquiens:  
Apparet, præforibus esse, ut Deo in cœlis & in  
terrīs sint certa negotia breui expedienda, ad qua  
opus erit ministerio doctorum: idcirco sine viuas,  
sine moriaris, Deus utetur tua opera. Hanc er-  
go legitimam vocationem, que Lutherò postea  
magna consolationi in grauissimis temptationibus  
& diffici-